

vidatur, ad  
mittit fa-  
cultates è  
forma pen-  
dentes.

§. simpl.  
cap. 57.

Quæ partes  
vegetantiũ  
auulsa viua  
permaneãt.

malia viuentia, vel saltem iam iam neci-  
data, dum innati viuidi caloris reliquie  
superfunt, pellendis morbis adhiberi.  
Si deliret quispiam, aut funesta dormi-  
tione sopiatur, humoris seu vaporis cõ-  
tagio, membranas cerebri obsepiente,  
viuus palumbes, medium dissectus, an-  
tequam refrigerat, miro cum successu  
vertici applicatur: vermina puerulorũ  
interaneis pecudum adhuc calentibus  
mitigantur: catelli victitantes roboran-  
do stomacho admouentur: lac mulie-  
bre ex vberibus haustum, tabidis con-  
ducit, Galeni auctoritatem quotidiana  
experientia cõprobãte: & quæ inter ve-  
getantia à viuiradice auulsa, plurimum  
nonnunquam dierum interuallo, non  
iam emortua sunt penitùs, ad vsum me-  
dicum frequenter expetuntur: dumq;  
recentia sunt, vegetantis spiritus viui-  
da agitatione, munus suum absoluunt:  
de quo pariter Marantha præcipit. Vbi  
iam certo discrimine, ab ijs quæ viuunt,  
cætera dignoscuntur. Quibus enim in-  
ternum promptuarium non suppetit, vt  
aliunde singulis momentis emendica-  
re victum cogantur, ab eo, quod sup-  
peditat